

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gloria eterna at  
cum fonte proximo et primis

Ad fidem plures ueniunt,  
et ad celeste regnum pauci perducuntur.

Sed post haec terribile ualde est quod sequitur:  
MVLTI ENIM SVNT VOCATI,  
PAVCI AUTEM ELECTI (Mat. 20:16),  
quia ad fidem plures ueniunt  
et ad caeleste regnum pauci perducuntur.

Rabanus Maurus, *Expositio in Mattheum*, 6  
(CCCM 174A, B. Löfstedt ed., p.529, ll.16-18).

Omnes enim canonici uocantur ad electionem,  
sed unus eligitur.

Sicut omnes canonici uocantur ad electionem,  
sed tantum vnus eligitur.

Rabanus super illud Matthei XX.:  
Multi uocati, pauci uero electi.

Hugo de sancto Charo, *Postilla super*  
*Mattheum*, 20 (Venice, 1600, tome 6,  
fol.65vb).

Sed post haec terribile est ualde quod sequitur:  
*Multi autem sunt uocati*,  
*pauci uero electi* (Mat. 20:16),  
quia et ad fidem plures ueniunt,  
et ad caeleste regnum pauci perducuntur.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*,  
1.19.5 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.148,  
ll.122-124).